1575

le perse Recognten in rem et manus Gnosi Casimiri Swiderski ratione certarum rerum et condonum in eodem Scripto manuali contentarum de Actu et Data ipso in Villa Byszkowice Feria Quinta post festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli Anno praesenti Confectum et Conscriptum datum manu sui Recognoscentis propriaque Subscriptum Vadioque Mille Quingentorum florenorum polonicorum ad tenendum firmatum in omnibus et singulis eiusdem Scripti Manualis Conditionibus, punctis, Clausulis, Articulis, Vadio Ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere Scriptum praefatum Manuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praefatum Scriptum manuale vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio in eodem Scripto contento videlicet Mille Quingentorum florenorum polonicorum per eundem Recognitem Gnosum Joannem Rybinski sive eius Successores praefato Gnoso Swiderski vel ipsius posteris ob non completionem contentorum praefati Scripti Manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quoquidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua Principali ex contentis Scripti praefati manualis non completa complenda Citatus ex nostris memoratus Recognoscens Gnosus Joannes Rybinski sive illius Successores Ad instantiam Gnosi Casimiri Swiderski vel ipsius posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneatus Praemislense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere Vadium praetactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere &c. Scribantur reliqua ligamenta ex prioribus Inscriptionibus iuxta formam Cancellariae ad haec verba, Hac sua praesenti plus recognitione ad praemissa omnia mediante.

Litynski Consorti Reformat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Praemislensis Nobilis Thomas Litynski Biskorzowicz

1576

Nobilis olim Stephani Litynski Piskorzowicz Cum Nobili olim Fenna Czaykowska Consorte ipsius legitima procreatus filius Sanus mente et Corpore exnis a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum modernum attinet secum Successoribus ac bonis suis gnalr omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Annae Sawicka Nobilis olim Fedor Sawicki Cum Nobili olim Orynka Consorte ipsius legitima procreatae filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusq posteris Summam Sexaginta florenorum polonicorum ratione veriae Potis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem Summam Sexaginta florenorum polonicorum ratione certi veri iusti et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumq quarumuis pecuniarum, Nec non Auri, Argenti, Clenodiorum Vnionum Margaretharum Vestium Vestimentorum, tum Stanni, Cupri, aeris, Orichalci Equorum, Equireae pecorum pecudum ac totius Suppellectilis Domesticae nunc habit et in post habendae in quacunq forma et materia existens dedit dotauit dotalitiauit, inscripsit et reformauit, put det dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus Per ipsam Nobilem Annam Sawicka sui Recognostis Consortem legitimam eiusq posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus Competentiaq et Prerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Vtifruendi ac ad Vsus suos suorumq Successorum quosuis bene placitos Vsusfructus libere et effectualiter Conuertendi Vigore ac more aliarum Reformationum hac tenus et diutius in Regno obseruari solitarum praesentis sua Recognitione ad praemissa omnia mediante.

16/XI 1667 Feria Quarta post festum Sancti